



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

5 de Personis, a quibus concipi, & perfici possint legitimæ conuentiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

animi deprauatos & inconsultos, contractus alienationis rerum suarum prohibentur. *l. in bonis, de verb. oblig. l. de cura furio. P.* Et voluntas nulla eis inesse, non secus quam fatioso creditur, *l. furiosi, 40. de regulis iuris*, contractus tamen per illos in suam voluntatem, recte facti, non improbantur. *in consuet. Græca Leonis Casariæ, 39.* *et de iur. dot. l. r. a. m. p. r. v. d. m. v. n.* Moribus quoque, & iure Romano, contrahendi libertas filiusfamilias adimitur suo nomine, & sine patre. Ceterum quomodo, & a quibus contractibus arceantur, vide Arnoldum Ferronum late pertractantem, *in §. 1. de stat. person. in consuetud. Burgund. vide l. filiusfamilias, in 2. §. in 1. §. l. obligari, de actio. l. tam. de iudic. P.* & quæ diximus in patria potestate. Prohibetur & Macedoniano Senatusconsulto, ne quis cum filiofamilias mutuam inecat. *l. ad Senatusc. Maced. P.* de quo in mutuo agemus, Deo iuuante. Releuat & Velleianum privilegium mulieres ab obligatione, & pacta fideiussione. *totus titulus, ad Velleian.* Apud Athenienses autem & prohibitum erat, ne mulieres contraherent, nisi ad hordei modium vsque, propter consilii infirmitatē, vt est auctor Dion Prusæus, *lib. 2. de aristot. l. 2. ad Senatusc. Velle. P.* Et Romanis moribus antiquis, mulier sui iuris non erat, sed sub perpetua tutela, vel patris, vel mariti, vel proximorum, vel tutoris dati a iudice. *Cicero in Top. §. Boet. comment. in Cic. Top. lib. 2.* Ita & receptum erat, ne vxor contrahere posset sine viri auctoritate, propter eandem consilii infirmitatem. *Cicero pro Muræna. Linnus, lib. 8. belli Maced.* Sed de hoc alius diximus fufius, dum ageremus de potestate viri in vxorem. & quando vxor contrahere possit, & quo auctore, & de quibus rebus. *interim §. vide Ferronum, in §. 2. de stat. person. in consuet. Burgund.* Notabile autem illud est, Leonem Cæsarem in contractibus mulieribus inhibuisse testimonium, & in aliis, præterquam in feminæ actibus: vt si de partu agatur, vel in his, in quibus sola mulier adhibetur, constitutione 48.

10 *§. Serui* quoque, iure civili ex contractibus non obligantur suo nomine, *l. obligari, de actio. l. in persona civili. §. l. quod attinet, de reg. iur. P.* ex delictis tamen obligantur, vt & ex contractibus naturaliter. *l. serui, §. 1. §. l. serui, in 1. de actio. cum similit.* Ministerium autem in obligatione civili præbet dominis, dum pro illis paciscuntur, *l. in autem dominiciam, 30. §. Julia. in l. si debitor, 56. de pact. in P. cum similit.* et si cum dominis pacisci non possint, nec nominatim dominorum, contra eorum voluntatem. *l. interpositas, §. si de transfact. C.* Quod & de filiisfamilias rescriptum est in nouatione obligationum bene constitutarum domini, vel patris. *l. 3. §. l. filiusfamilias, C. de pact. l. penult. de pign. in P. l. melior, de reg. iur. in P.*

11 *§. Prohibitum* etiam a lege certis personis, ratione officii, in ea provincia, in qua administrant, contrahere cum sibi subditis. *l. 1. de contract. iudic. C. l. non licet, §. l. qui officii, de contrahen. emt. P. l. 1. de iur. iur. §. 2. de iur. iur. in P. l. milites, de re milit. in P.* Quare nec nuptias inire cum huiusmodi illis licebat. *l. 1. si quacumq. prædium potest, vel ad eum pertinentes, §. c. lib. 5. C. tit. 7.* Quod in Gallia antiquatum est in magistratibus, cum illi hodie perpetui sint. *Guido Pap. dec. 195.* Nobilibus tamen, qui privilegis nobilitatis militiæ atque vti desiderant, atque aliis illustribus, & magistratibus regni, hodie quoque; adempta in Gallia negotiandi licentia, iuxta communis iuris regulas, *in l. 3. de commerc. §. mercatorib. C.* Exstat Nouell. Theodo. Ne curialis prædium alterius cōducatur: neve pro alio se fideiussores præbent, aliter res locata in sicuti deferatur, & actio euacuetur. *in*

12 *nouell. 3. constit. nouel. Theodosii.* *§. Prohibitum* et lege donationes inter coniuges, *l. donationes quas pariter, de don. inter vir. §. vx. C. l. 1. 2. §. 3. 40. in P.* inter patrem & filium, qui eius est potestatis, *d. l. donationes, conuentiones vi extortæ, l. nihil consensu, de regul. iur. l. meum autem §. sed quod prætor, de eo quod met. caus. in P.* vel fraudandi animo, vel dolose iniuræ, *l. iuris gentium, §. sed si fraudandi, §. dolo, §. prætor, de pact. in P. l. cum posteaquam, C. cod. l. 3. C. de except. cum similit.* iunge & quæ supra in princip. conuentionum, de dolo, diximus, vel per errorem factæ. *l. si cum re ex causa, §. 2. de pact. in P. l. fin. de conscri. pecun. §. supra. pauca in princip. dicta.* Quia generaliter in totum ea, quæ ex certa animi destinatione pendunt, non possunt, nisi ex certa scientia perfici. *l. in totum, de reg. iur. in P.* Alias potro causas, quibus vetant certis personis res pertractare, & ita de his disponere, singularis cuiusque contractus explicatio latius docebit: hæc autem in summa monuisse in vniuersum sufficit.

13 *§. Improbatur* lex & contractus, seu pacta leuitate & inconsiderate facta, de rebus alienandis: vt reuocata donatio vel alienatio facta inconsiderate a quadam Agapita, Pouino patritio de causa Arclinactria, ratione postposita, per Theodoricum Gothorum

regem: quod alienatio rerum solidum desideret habere iudicium, vt refert Cassiodorus in epist. 11. lib. 2. *uariarum Pouino scripta.* Reuocatur vt in consule facta donatio a liberto, per patronum, si susceperit liberos, *in l. si vnquam, de reuoc. donat. C.* & inefficax, si susceperit liberos, *in l. si vnquam, de reuoc. donat. C.* & inefficax, & immensæ donationes, *l. 1. §. si filius, §. toto iur. de inoffic. don. lib. 3. C. tit. 39.* immensæ dotes. Item obligationes pactorum nullæ ceasentur, quæ sine causa factæ sunt: ideo non pariant actionem, sed exceptionem. *l. 1. de condic. sine caus. lib. 13. P. tit. 7.* Et qui promisit sine causa, condicere ipsam obligationem potest, per conditionem sine causa, *l. 3. eo iur. de condic. sine caus. vel incerti conditionem sine causa potest agere, vt liberetur.* Idem si falsa causa adiecta, videlicet in negotiis, quæ sine causa fieri non possunt, & quæ causam exigunt. Nam donatio simpliciter, & sine alia causa, quam affectionis, *l. affectionis, de donat. P.* & liberalitatis, *c. 1. de donat. apud Gregor. l. donari, de reg. iur. §. de donat.* fieri potest: at si causa illis adiecta, & illa non inueniatur, inefficax est. *§. l. cum ancillam, 6. de condic. ob caus. lib. 4. C. tit. 6. l. 2. §. final. de donat. lib. 39. P. tit. 5. l. si ex causa, C. de non num. pec.* Et exstat hæc de re iudicium apud Valerium Maximum Cæii Aquilii, in causa Cæii Vilelli Varronis, & Octacillæ Lateranensis. *lib. 8. cap. 2. Si quis, inquit Vlpian. sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiatur, exceptio vti que doli mali ei nocet. §. c. l. 2. §. circa primam, de dol. mal. except. lib. 44. P. tit. 4.* Hinc, si cautio, quæ quis proponit a se indebite extortam, indeterminate concepta sit, aduersarius tenetur ostendere debitum esse, quod continetur in ea: sed si causam, propter quam huiusmodi scriptura processerit, expressa est in eadem, confessioni standum est, *§. si cautio, c. 1. 4. de fid. instru. 2. Decret. tit. 2. 2. nisi probauerit reus debendi, se indebite promississe, l. generaliter, C. de non num. pec. c. per tuas, de probat. d. l. cum de indebito, §. fin. §. c. si de confess. vel obicitur exceptionem intra biennium non numeratæ pecuniæ, si de ea agatur, sine qua confessio, que de præcedenti causa debitum pcederet, cum promissione sufficit pro causa, c. fin. de solut. d. c. si cautio, §. l. cum de indebito.* Et idcirco iudex, priusquam obligationem esse nullam propter non sufficientem causam, declarat, ex integro contententes in exceptionibus audire debet, *in l. in contractib. de non numer. pec. C. l. fin. iunct. auth. sequ. de dote cautæ non numeræ, C. d. l. generaliter, vt placuit curiæ Parisiensis anno 1511. Papii lib. 10. Rhaipod. arest. tit. 2. arest. 1.* Cum enim in hac questione implicata sit doli mali exceptio, *d. l. 2. §. circa, de doli mali except.* merito causæ cognitio exigitur. Quia de dolo non fit iudicium, nisi si qua iusta causa videbitur, & ita cum causæ cognitione. *in l. 1. §. l. si oleum 10. §. fin. de dolo malo, in P.* Causæ itaque conuentionibus, vt tutius agatur, exprimi debent, ex quibus fiant: exceptis negotiis, quæ ex qualitate sua, vel creditorum, vel debitorum factis causam manifestant & nominant: vnde & puto dici posse contractus nominatos, *l. iuris gentium, de pact. P.* vt in locatione, emtione, &c. constat: vel in qualitate promissionis scholasticæ & præceptoris, peregrini & hospitis, ægroti & medici, pragmatici & clientuli, & similibus, quibus factis iudicatur causa promissi. In quibus si exceptio hæc sine causa obicitur, nihilominus interim iubetur, vt satisfactio nomine, vel soluatur, vel pignora dent: vt dicitur placito curiæ Parisiens. 2. Decemb. 1544. Papii, ubi supra arest. 2.

De Formis, secundum quas pacta & conuentiones in genere concipiuntur.

CAP. 6.

- 1 Ex pactis conuentiones leges capiunt, & pacta expressa & tacita quæ.
- 2 Taciti pacti exempla: & remissum debitum, reddito instrumento censi.
- 3 Diuersa, instrumentum vel pignora reddere.
- 4 Tacitum pactum in inuictis ex locatione.
- 5 Dotis promissione.
- 6 Ne totum petatur.
- 7 In renouatione locationis.
- 8 In mutuo.
- 9 Diuisio pactorum, in rem, & in personam: quæ personalia quæue realia.
- 10 2. Diuisio, alia esse nuda, alia non nuda: & quæ sint.
- 11 Differunt hæc, dixisse nudum pactum, & nudum contractum.
- 12 Non nuda pacta, & vestita quæ: & 7. eorum modi vestimentorum.